



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Secuti hæc tempora fortissimi Heroës, alter † Francorum Carolus, alter Saxonum † Carolus⁹ Witikindus, (a) qui mutua æmulatione † Witikindus æmuli. clari perpetuis (b) bellis collidebantur, & quoniam hæc Urbs Carolo subdita, vicina tamen Saxonibus, præcipua diffidii mala tulit, imo devictam ab his cum potissima Thuringiæ planitie crediderim, eo quod eorum exercitus ad Werram (c) usque penetraverit, ubi propè Trefordiam (d) cum Francis sed minus feliciter pugnavit. Re-
 pressis hostibus, & recepto in fidem Witikindo rursus a vitis Dominis, scilicet Francis accessit. * Sub horum imperio Otga- * DCCCX
 rius † Archiepiscopus Moguntinus Cæsaris LII.
 favore, & à negotiis gestis insignis reliquias † Transla-
 S. Severi (e) Episcopi (non Sacerdotis, (f) tio reliquia-
 cujus corpus Ravenna adhuc habet) uxorum S. Seve-
 ris (g) & filia ex Italia Erfordiam transtulit, ri Episcopi,
 inque

(a) Non dico Regem, qualem nonnulli credunt, cum bellisolum Dux fuerit, quod ex *Witikindo Corbejensi* probat *Conringius ad Lampad. part. 3. c. 5. §. 17.*

(b) *Adelmus Benedictinus Franc. Reg. Annal. ad annum DCCLXXII. & seqq. Donatus Acciaciolus, & Eginhardus in vita Caroli M.*

(c) *Ita hodie vocatur fluvius hic, usq; dum propè Münden Fuldam recipit, postea Visurgis dicitur: Olim à fonte, quem in Hennebergiacis montibus supra Meinungen habet, usq; ad mare, Wirraha vocabatur. Vid. Petrus Lambec. in notis ad Gualdonem de vita S. Anscharii cap. 11. §. 15.*

(d) *Chron. Hassiæ & Thuring.*

(e) *Anon. Chron. Thuring. MS. Cæsar.*

(f) *Etenim ante Sacerdotium fuerat uxoratus.*

(g) *Rubeus in Hist. Ravennatensi.*

* DCCCX

LV.

† Otgarius
Archiepisc.Mog. deci-
mas in cas-
sum exigit.

* DCCCL.

† Ludovic9

Erfurti
comitia ce-
lebrat.† Erfordia
Francis
subiecta.

* DCCCCIX

* DCCCX
IX.

V.

* DCCCX
XXVI.

inque Sacello Cœnobii S. Pauli condidit, quod postea abolito priori nomine Severianum appellatum est. * Idem Otgarius

† cum Thuringiam & Hassiam, quoad Sa-
cra pedo ~~se~~ subjectam haberet, (a) debitas
aræ decimas primus exegit. Opposuit se

Buno Hirsfeldensis Abbas, atque interve-
niente Ludovico Rege lis dilata est, quam
Successores frequentius, sed infeliciter re-

assumpserunt. Idem Ludovicus * (b) † gen-
tis concilium Erfordiae coëgit, in quo Ma-
gistratibus leges, & Causidicis litigandi

modum præscripsit, neve qui iustitiam tue-
ri debebant, ipsimet polluerent, prudenter
cavit. Francos † quamdiu fortunam suis

in obsequiis habuerunt, nostra etiam Civi-
tas suspexit. Ii Thuringis Præfectos de-
dêre, qui regerent, Ducum & Comitum

nomine. Comites iudiciis præsidebant,
Duces ad bella missi. * Ultimus horum Bur-
chardus ab Hungaris cæsus interiit. Ast

cum Francica potestas Gallicis levitatibus
mollis in Germania vilesceret, ipsa Herbi-
polis cum opulento Ducatu ad Episcopum

effet translata, demum hæc etiam Thuringia
* cum Imperii Romani maiestate ad
Saxones (c) devoluta est.

* Cumque Summa rei ad Ottonem pri-
mum eumque Magnum devolveretur, is
ex Editha (d) filia Regis Anglorum filium

habuit

(a) MS. Petrense Chronicon.

(b) Annales Fuldenses.

(c) Cranzius lib. 4. cap. 16.

(d) Rhegino & alii, quos vid. apud Serar. in vit. *Wilhelmi*